

IDAD AU
CCIÓN GEN

HN2159

F7

B

1772

ed



1080046256



UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

BIBLIOTECA DE LA UANL

844.6494

464



OFFICIUM
PRETIOSISSIMI
SANGUINIS
DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

DUPLEX PRIMÆ CLASSIS

Pro Clero Sæculari, & Regulari
Civitatis, & Diœcesis
Mexicânæ.

UANL



110394

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

MATRITL MDCCLXXII. ®

DIRECCIÓN GENERAL DE
Apud JOACHIMUM IBARRA, Catholicæ
Régia Majestatis Typographum.

Superiorum permissu.

33296

Bx2159

.P7

13

1772



UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN



DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

FONDO BIBLIOTECA PÚBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEÓN



I

FESTUM SS. SANGUINIS

DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI,
 Celebrandum FERIA IV. post OCTAVAM
 SS. Apostolorum Petri, &
 Pauli sub ritu dup. j. class. ab uni-
 verso Clero Sæculari, & Regulari
 hujus Archiepiscopatus Mexicani
 ex speciali indulto SS. D. N.

Clementis XIV. die 11.

Majii 1771.

Ad Vesperas.

Dicto Pater noster, &c. Ave
 Maria, &c. secreto: dicitur clara
 voce. *Ps.* *Deus in adjutorium meum in-*

Deus in adjutorium meum in-
 tendente. *R.* Domine ad ad-
 juvandum me festina. *Ps.* Gloria
 Patri, & Filio, & Spiritui sancto.
R. Sicut erat in principio, &
 nunc, & semper, & in sæcula

A

sæ-



I

FESTUM SS. SANGUINIS

DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI,
 Celebrandum FERIA IV. post OCTAVAM
 SS. Apostolorum Petri, &
 Pauli sub ritu dup. j. class. ab uni-
 verso Clero Sæculari, & Regulari
 hujus Archiepiscopatus Mexicani
 ex speciali indulto SS. D. N.

Clementis XIV. die 11.

Majii 1771.

Ad Vesperas.

Dicto Pater noster, &c. Ave
 Maria, &c. secreto: dicitur clara
 voce. *Ps.* *Deus in adjutorium meum in-*

Deus in adjutorium meum in-
 tendente. *R.* Domine ad ad-
 juvandum me festina. *Ps.* Gloria
 Patri, & Filio, & Spiritui sancto.
R. Sicut erat in principio, &
 nunc, & semper, & in sæcula

A

sæ-

2 **Festum SS. Sanguinis**
sæculorum, Amen. Alleluia.
Antiphona. Christum proposuit
Deus propitiatorem per fidem in
sanguine ipsius.

Psalmus 109.

Dixit Dominus Domino
meo: * Sede à dextris
meis:

Donec ponam inimicos tuos, *
scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dó-
minus ex Sion: * dominare in
medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtú-
tis tuæ in splendoribus sancto-
rum: * ex útero ante luciferum
genui te.

Juravit Dominus, & non peni-
tèbit eum: * Tu es sacerdos in
ætérnum secundum ordinem Mel-
chisedech.

Dominus à dextris tuis: * con-
frègit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, implebit
ruí-

Domini nostri Jesu Christi. 3
ruinas: * conquassabit capita in
terra multorum.

De torrente in via bibet: * pro-
pterea exaltabit caput.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Christum proposuit
Deus propitiatorem per fidem in
sanguine ipsius.

Antiphona. Jesus, ut sanctificaret
per suum sanguinem populum,
extra portam passus est.

Psalmus 110.

Confitebor tibi Domine in
toto corde meo: * in consi-
lio justorum, & congregatiõne.

Magna ópera Domini: * exqui-
sita in omnes voluntates ejus.

Confessio & magnificentia opus
ejus: * & justitia ejus manet in
sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabilium suo-
rum, misericors & miserator Dó-
minus: * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testa-

A 2 mén-

4 **Festum SS. Sanguinis**

ménti sui : * virtútem óperum
suórum annuntiábit pópulo suo.

Ut det illis hereditátem Gén-
tium : * ópera mánuum ejus véri-
tas , & júdicium.

Fidélia ómnia mandáta ejus : con-
firmáta in sæculum sæculi , * fac-
ta in veritáte & æquitáte.

Redemptiõnem misit pópulo
suo : * mandávit in ætérnum tes-
taméntum suum.

Sanctum , & terribile nomen
ejus : * initium sapiéntiæ timor
Dómini.

Inteléctus bonus ómnibus facién-
tibus eum : * laudatio ejus manet
in sæculum sæculi.

Glória Patri , & Filio , &c.

Antiphona. Jesus , ut sanctificáret
per suum sánguinem pópulum ,
extra portam passus est.

Antiphona. Sanguis Jesu Christi
Filii Dei emúndat nos ab omni
peccáto.

Psal-

Dómini nostri Jesu Christi. 5

Psalmus IIII.

BEátus vir , qui timet Dómi-
num : * in mandátis ejus vo-
let nimis.

Potens in terra erit semen ejus : *
generatio rectórum benedicétur.

Glória , & divitiæ in domo ejus : *
& justitia ejus manet in sæculum
sæculi.

Exórtum est in ténebris lumen
rectis : * miséricors , & miserátor ,
& justus.

Jucúndus homo qui miserétur &
cómmodat , dispónet sermões
suos in júdicio : * quia in ætér-
num non commovébitur.

In memória ætérna erit justus : *
ab auditiõne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dó-
mino , confirmátum est cor ejus : *
non commovébitur donec despi-
ciat inimicos suos.

Dispersit , dedit paupéribus : jus-
titia ejus manet in sæculum sæcu-
li:

A 3

li:

6 **Festum SS. Sanguinis**

li: * cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator vidébit, & irascétur, dentibus suis fremet, & tabéscet: * desidérium peccatorum peribit.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Sanguis Jesu Christi Filii Dei emúndat nos ab omni peccato.

Antiphona. Venit per aquam, & sanguinem Jesus Christus, non in aqua solúm; sed in aqua, & sanguine.

Psalmus 112.

Laudáte púeri Dóminum: * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum, * ex hoc nunc, & usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudabile nomen Dómini.

Excelsus super omnes gentes Dóminus, * & super cælos gloria ejus.

Quis

Dómini nostri Jesu Christi. 7

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis habitat, * & humilia respicit in caelo & in terra?

Suscitans à terra inopem, * & de stercore érigenz pauperem.

Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus pópuli sui.

Qui habitare facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætantem.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Venit per aquam, & sanguinem Jesus Christus, non in aqua solúm; sed in aqua, & sanguine.

Antiphona. Christus diléxit nos, & lavit nos à peccátis nostris in sanguine suo.

Psalmus 116.

Laudáte Dóminum omnes Gentes: * laudáte eum omnes pópuli.

Quoniam confirmáta est super nos misericórdia ejus, * & veritas Dómini manet in ætérnum.

A 4

G16-

8 Festum SS. Sanguinis

Gloria Patri, & Filio, &c.
Antiphona. Christus dilexit nos,
& lavit nos à peccatis nostris in
sanguine suo.

Capitulum. Ad Hebr. 9. e

Fratres, tabernaculum, &
omnia vasa ministèrii san-
guine aspèrsit Moyses; & omnia
penè in sanguine secundum le-
gem mundantur, & sine sangui-
nis effusione non fit remissio.

Rc. Deo grátias.

Hymnus.

Maximus Redemptor orbis,
Morte vitam contulit:
Qui nec argénto cáduco,
Sed nec auro lábili,
Córporis tamén sacráti
Nos redémít Sanguine.
Mitis agnus immolátur
Omnium pro crimine:
Ne quod arte fabricátum
Conditòris éxtitit,
Dirus hostis possidéret,

Qui

Dómini nostri Jesu Christi. 9

Qui malum suggésserat.
Magna præstat immolátus
Dux salutis ómnium:
Complet excéssum, fidéles
Quem Prophétæ dixerant:
Nostra tunc peccáta solvit
Nos tyránno liberans.
Misit infans carne scissus,
Misit orans Sanguinem:
Misit & flagélla passus,
Orbe punctus spíneo:
Dum manus, pedes, latúsque
Pandit, offert Sanguinem.
Laus, honor, virtus supréma
Conditòri máchinæ,
Quam Pater summus gubernat,
Natus, atque Spíritus,
Omnibus Deus coléndus
Sæculórum sæculis. Amen.
V. Redemisti nos Dómine.
Rc. In sanguine tuo.
Antiphona. Sanguis Christi, qui
per Spíritum sanctum semetip-
sum obtulit immaculátum Deo,
A 5 emun-

10 Festum SS. Sanguinis
emundabit conscientiam nostram
ab operibus mortuis, ad serviendum
Deo viventi.

Canticum B. Mariæ Virginis.

Luce 1. e

Magnificat * anima mea
Dominum:

Et exultavit spiritus meus * in
Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ
suar: * ecce enim ex hoc beatam
me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui po-
tens est: * & sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus a progénie
in progénies * timéntibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: *
dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede: * &
exaltavit humiles.

Esuriéntes implévit bonis: * &
divites dimisit inanes.

Suscépit Israël puerum suum, *
recordátus misericordiæ suæ.

Si-

Domini nostri Jesu Christi. 11

Sicut locutus est ad patres nos-
tros, * Abraham, & sémini ejus
in secula.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Sanguis Christi, qui
per Spiritum sanctum semetip-
sum obtulit immaculatum Deo,
emundabit conscientiam nostram
ab operibus mortuis, ad serviendum
Deo viventi.

Ps. Dominus vobiscum. **R.** Et cum
spiritu tuo. **O**remus.

Omnipotens sempiternæ Deus,
qui Sanguine Filii tui pla-
cari, & nos redimi voluisti: con-
cede nobis, quæsumus, salutis
nostræ prætium ita recollere, ut &
nunc veniam, & in æternum gló-
riam consequi valeamus. Per eum-
dem Dominum nostrum Jesum
Christum Filium tuum: qui tecum
vivit & regnat in unitate ejusdem
Spiritus sancti Deus, per omnia
sæcula sæculorum. **R.** Amen.

A 6

Ps. Dó-

12 **Festum SS. Sanguinis**

Ps. Dominus vobiscum. **Rc.** Et cum spiritu tuo. **Ps.** Benedicamus Domino. **Rc.** Deo gratias. **Ps.** Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. **Rc.** Amen.

Si hoc Festum incidat in diem 9. Julii, fit commemoratio sanctæ Elisabeth, Reginae Portugallia.

Antiphona. Elisabeth pacis, & patriæ mater, in cælo triumphans, dona nobis pacem.

Ps. Ora pro nobis beata Elisabeth. **Rc.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi. **Oremus.**

Clementissime Deus, qui beatam Elisabeth Reginam, inter cæteras egregias dotes, bellici furoris sedandi prærogativa decorasti: da nobis ejus intercessione, post mortalis vitæ, quam suppliciter petimus, pacem, ad æterna gaudia pervenire. Per Dominum.

AD COMPLETEORIUM.

Lector incipit Vers. Jube domine

be-

Dominus nostri Jesu Christi. 17
benedicere. **Benedictio.** Noctem quietam, & finem perfectum concedat nobis Dominus omnipotens. **Rc.** Amen.

Lectio brevis. 1. Pet. 5. c

Fratres, Sobrii estote, & vigilate: quia adversarius vester diabolus tamquam leorugiens circuit, quærens quem devoret: cui resistite fortes in fide. Tu autem Domine, miserere nobis.

Rc. Deo gratias.

Ps. Adjutorium nostrum in nomine Domini. **Rc.** Qui fecit cælum & terram. **Pater noster, &c.**
dicitur totum secretò.

Deinde Hebdomadarius facit Confessionem.

Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper virgini, beato Michaëli Archangelo, beato Joanni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro & Paulo, ómnibus

18 **Festum SS. Sanguinis**

bus Sanctis, & vobis fratres, quia peccavi nimis cogitatione, verbo & opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper virginem, beatum Michaellem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, & vos fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Chorus respondet.

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis, perducat te ad vitam aeternam.
R. Amen.

Deinde repetit Confessionem: & ubi dicitur vobis fratres, & vos fratres, dicatur tibi pater, & te pater.

Facta Confessione a Choro

Hebdomadarius dicit:

Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis
est
ves-

Domini nostri Jesu Christi. 19
vestris, perducat vos ad vitam aeternam. **R.** Amen.

Indulgentiam, absolutiorem, & remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus. **R.** Amen.

Et facta absolute dicitur ψ .

Converte nos Deus salutaris noster. **R.** Et averte iram tuam a nobis. **\psi.** Deus in adiutorium meum intende. **R.** Domine ad adjuvandum me festina. **Gloria Patri. Sicut erat.**

Antiphona. Miserere.

Psalmus 4.

Cum invocarem exaudivit me Deus justitiae meae, * in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, * & exaudi orationem meam.

Filii hominum usquequò gravi corde? * ut quid diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit
Dó-

20 **Festum SS. Sanguinis**

Dóminus sanctum suum: * Dóminus exáudiet me, cum clamávero ad eum.

Irascimini, & nolite peccáre, * quæ dicitis in córdibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificáte sacrificium justitiæ & speráte in Dómino: * Multi dicunt: Quis osténdit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultus tui Dómine: * dedísti lætitiám in corde meo.

A fructu fruménti, vini, & ólei sui * multiplicáti sunt.

In pace in idípsum * dórmiam, & requiescam;

Quóniam tu Dómine singulariter in spe * constituísti me.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalmus 30.

In te Dómine sperávi non confundar in atérnum: * in justitia tua libera me.

Inclína ad me aurem tuam, *
ac-

Dómini nostri Jesu Christi. 21
accélera ut éruas me.

Esto mihi in Deum protectórem, & in domum refúgii, * ut saluum me faciás.

Quóniam fortitúdo mea, & refúgium meum es tu: * & propter nomen tuum dedúces me, & enútries me.

Edúces me de láqueo hoc, quem abscondérunt mihi: * quóniam tu es protéctor meus.

In manus tuas comméndo spíritum meum: * redemísti me Dómine Deus veritátis.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalmus 90.

Qui hábitat in adjutório Altissimi, * in protectióne Dei cæli commorábitur.

Dicet Dómino: Suscéptor meus es tu, & refúgium meum: * Deus meus sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, * & à verbo áspero.

Scá-

Scápolis suis obumbrábit tibi: *
& sub pennis ejus sperábis.
Scuto circúmdabit te veritas
ejus: * non timébis à timóre noc-
túrno.

A sagitta volánte in die, à negó-
tio perambulánte in ténebris, *
ab incúrso, & demónio meri-
diáno.

Cadent à látere tuo mille, & de-
cem millia à dextris tuis: * ad te
autem non appropinquábit.

Verúntamen óculis tuis conside-
rábis, * & retributióem pecca-
tórum vidébis.

Quóniam tu es Dómine spes
mea, * altíssimum posuisti refú-
gium tuum.

Non accédet ad te malum: * &
flagéllum non appropinquábit ta-
bernáculo tuo.

Quóniam Angelis suis mandávit
de té: * ut custódiant te in ómni-
bus yis tuis.

In

In mánibus portábunt te: * ne forté
offéndas ad lapidem pedem tuum.
Super áspidem & basiliscum am-
bulábis: * & conculcábis leónem
& draconem.

Quóniam in me sperávit, libera-
bo eum: * prótegam eum quó-
niam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, & ego exáur-
diam eum: * cum ipso sum in
tribulatióne: eripiam eam, &
glorificábo eum.

Longitudine diérum replébo eum: *
& osténdam illi salutare meum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalmus 133.

Ecce nunc benedicite Dómi-
num, * omnes servi Dómini,
Qui státis in domo Dómini, * in
atriis domus Dei nostri.

In nóctibus extóllite manus ves-
tras in sancta, * & benedicite
Dóminum.

Benedicat te Dóminus ex Sion, *
qui

24. Festum SS. Sanguinis

qui fecit cælum & terram.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Miserere mihi Dómine, & exáudi oratióne meam.

Hymnus.

TE lucis ante términum
Rerum Creatór póscimus;
Ut pro tua cleméntia
Sis præsul & custódia.

Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantásmata;
Hostémque nostrum cómprime,
Ne polluéntur córpora.

Præsta, Pater piíssime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Capitulum. Jer. 14. b

TU autem in nobis es Dómine,
& nomen sanctum tuum
invocátum est super nos, ne derelinquas nos Dómine Deus noster.

R. Deo grátias.

R. br.

Dómini nostri Jesu Christi. 25

R. br. In manus tuas Dómine,
* Comméndo spíritum meum. In
manus tuas. **V.** Redemísti nos
Dómine Deus veritátis. Comméndo.
Gloria Patri. In manus tuas.
V. Custódi nos Dómine, ut pupillam óculi. **R.** Sub umbra alárurum tuárum prótege nos.

Antiphona. Salva nos.

Canticum Simeónis.

Luca 2. e

Nunc dimittis servum tuum
Dómine, * secúndum
verbum tuum in pace:

Quia viderunt óculi mei * salutare tuum,

Quod parásti ante faciém ómnium populórum.

Lumen ad revelatióne gén-
tium, * & glóriam plebis tuæ Is-
raél.

Gloria Patri, & Filio.

Antiphona. Salva nos Dómine vigilantes, custódi nos dormientes,

B

ut

ut vigilemus cum Christo, & requiescāmus in pace.

Ps. Dóminus vobiscum. **Rc.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oratio.

Visita, quæsumus Dómine, habitatiōnem istam, & omnes insidias inimici ab ea longè repelle: Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant: & benedictio tua sit super nos semper. Per Dóminum nostrum.

Ps. Dóminus vobiscum. **Rc.** Et cum spiritu tuo. **Ps.** Benedicāmus Dómino. **Rc.** Deo grátias.

Benedictio. Benedicat, & custodiat nos omnipotens & misericors Dóminus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus.

Rc. Amen.

Antiphona.

Salve Regina, mater misericordiae, vita, dulcedo, & spes nos-

nostra salve. Ad te clamāmus exules, filii Hevæ. Ad te suspirāmus, gemētes, & flentes in hac lacrymarum valle. Eja ergo advocāta nostra, illos tuos misericordes óculos ad nos converte. Et Jesum benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exillium ostēde. O clemens, ó pia, ó dulcis virgo María.

Ps. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. **Rc.** Ut digni efficiāmur promissionibus Christi.

Oratio.

Omnipotens sempitærne Deus, qui gloriósæ Virginis matris Mariæ corpus & animam, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu sancto cooperante præparasti: da, ut cujus commemoratiōne lætāmur, ejus pia intercessiōne ab instantibus malis, & à morte perpetua liberēmur. Per eundem

B 2 Chris-

28 **Festum SS. Sanguinis**

Christum Dóminum nostrum.
R. Amen.

Ps. Divinum auxilium máneat
semper nobiscum. **R.** Amen.

Deindè dicitur **secretò P**ater
noster, **A** ve Maria, & **C**redo.

AD MATUTINUM.

Dicò **P**ater noster, **A** ve Ma-
ria, & **C**redo **secretò, dicitur;**

Ps. Dómine labia mea apéries.

R. Et os meum annuntiábit lau-
dem tuam. **Ps.** Deus in adjutó-
rium meum inténde. **R.** Dómi-
ne ad adjuvándum me festína.

Ps. Glória Patri, & Filio, & Spiri-
tui sancto. **R.** Sicut erat in princí-
pio, & nunc, & semper, & in sæ-
cula sæculórum. Amen. Alleluía.

Invitórium. Christum Dei Fi-
lium, qui suo nos ságuine redé-
mit, * Veníte, adorémus. **Et re-
pétitur.** Christum Dei Filium,

qui suo nos ságuine redémit,
* Veníte, adorémus.

Psal-

Dómini nostri Jesu Christi. 29

Psalmus 94.

Veníte, exultémus Dómino,
jubilémus Deo salutari nos-
tro : præoccupémus faciem ejus
in confessióne, & in psalmis ju-
bilémus ei.

Christum Dei Filium, qui suo
nos ságuine redémit, veníte,
adorémus.

Quóniam Deus magnus Dómi-
nus, & Rex magnus super om-
nes deos : quóniam non repéllit
Dóminus plebem suam, quia in
manu ejus sunt omnes fines terræ,
& altitúdines móntium ipse cons-
picit.

Veníte, adorémus.

Quóniam ipsius est mare, & ipse
fecit illud, & áridam fundavé-
runt manus ejus : veníte, adoré-
mus, & procidámus ante Deum:
plorémus coram Dómino, qui
fecit nos, quia ipse est Dómi-
nus Deus noster : nos autem pó-
pu-

30 **Festum SS. Sanguinis**
pulus ejus, & oves pascuæ ejus.
Christum Dei Filium, qui suo
nos sanguine redemit, venite, ad-
oremus.

Hodiè, si vocem ejus audieritis,
nolite obdurare corda vestra, si-
cut in exacerbatione secundum
diem tentationis in deserto: ubi
tentaverunt me patres vestri, pro-
baverunt, & viderunt opera mea.
Venite, adoremus.

Quadragesima annis proximus fui
generationi huic, & dixi: Sem-
per hi errant corde; ipsi vero
non cognoverunt vias meas, qui-
bus juravi in ira mea, si intro-
bunt in requiem meam.

Christum Dei Filium, qui suo
nos sanguine redemit, venite,
adoremus.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui
sancto: Sicut erat in principio, &
nunc, & semper, & in sæcula
sæculorum. Amen.

Ve-

Domini nostri Jesu Christi. 31
Venite, adoremus.
Christum Dei Filium, qui suo
nos sanguine redemit, venite,
adoremus.

Hymnus.

Sanguis olim victimarum,
Quem vetus Lex obtulit,
Fœderis novi sacratum
Nuntiabat Sanguinem:
Quo redempti, sanctitatem
Assequamur spiritus.

Lex amoris postulabat
Differentem victimam,
Offerens ubi sacerdos
Esset idem victima:
Seque clemens immolaret
In medelam criminum.

In Crucem Redemptor actus
Nostra delet crimina:
Quando pro salute mundi
Ex sacro corpore
Ubers rivi cruoris
Copiosè profluunt.

Perforatur namque clavis;

B 4

Et

32 Festum SS. Sanguinis

Et latus dirumpitur:
Unde Sacramenta manant,
Labe quæ nos abluunt:
Hinc caput nostræ salutis
Confitemur Sanguinem.

Laus, honor, virtus suprema
Conditóri machinæ,
Quam Pater summus gubernat,
Natus, atque Spiritus,
Omnibus Deus colendus
Sæculorum sæculis. Amen.

In primo Nocturno.

Antiphona. Accipiens sanguinem
Móyses, omnem populum asper-
sit, dicens: Hic sanguis testamén-
ti, quod mandavit ad vos Deus.

Psalmus 2.

Quare fremuerunt gentes, *
& populi meditati sunt
inania?

Astiterunt reges terræ, & princi-
pes convenerunt in unum, * ad-
versus Dóminum, & adversus
Christum ejus.

Di-

Dómini nostri Jesu Christi. 33
Dirumpamus vincula eorum: *
& projiciamus a nobis jugum ip-
sorum.

Qui habitat in cælis, irridébit
eos: * & Dóminus subsannábit
eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, *
& in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitutus sum Rex
ab eo super Sion montem sanc-
tum ejus, * prædicans præcep-
tum ejus.

Dóminus dixit ad me: * Filius
meus es tu, ego hódie genui te.

Póstula à me, & dabo tibi Gen-
tes hereditatem tuam, * & pos-
sessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga férrea, * &
tamquam vas figuli confringes
eos.

Et nunc reges intelligite: * eru-
dimini qui judicatis terram.

Servite Dómino in timóre: * &
exultáte ei cum tremóre.

B 5

Ap-

34 *Festum SS. Sanguinis*

Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, * & pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confidunt in eo.

Gloria Patri, & Filio, * & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, * & in secula seculorum. Amen.

Antiphona. Accipiens sanguinem Moyses, omnem populum aspersit, dicens: Hic sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus.

Antiphona. Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

Psalmus 3.

Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animae meae: * Non est salus ipsi in Deo ejus.

T u

Domini nostri Jesu Christi. 35

Tu autem Domine susceptor meus es, * gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi: * & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & soporatus sum: * & exurrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me: * exurge Domine, saluum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: * dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus; * & super populum tuum benedictio tua.

Gloria Patri, & Filio, * & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, * & in secula seculorum. Amen.

Antiphona. Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta

B 6

tua

36 **Festum SS. Sanguinis**

tua sicut calcantium in torculari?
Antiphona. In sanguine testa-
menti tui emisisti vinctos tuos de
lacu, in quo non est aqua.

Psalmus 15.

Conserva me Domine, quoniam speravi in te. * Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Sanctis, qui sunt in terra ejus, * mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatae sunt infirmitates eorum: * postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus: * nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hereditatis meae, & calicis mei: * tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in praeclearis: * etenim hereditas mea praecleara est mihi.

Be-

Domini nostri Jesu Christi. 37

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: * insuper & usque ad noctem increperunt me renes mei.

Providēbam Dominum in conspectu meo semper: * quoniam a dextris est mihi, ne commovear.

Propter hoc letatum est cor meum, & exultavit lingua mea: * insuper & caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: * nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitae, adimplēbis me laetitia cum vultu tuo: * delectationes in dextera tua usque in finem.

Gloria Patri, & Filio, * & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, * & in saecula saeculorum. Amen.

An-

38 Festum SS. Sanguinis

Antiphona. In sanguine testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.

Ps. Redemisti nos Dómine. **R.** In sanguine tuo. **P**ater noster, &c. **secrétó.** **Ps.** Et ne nos inducas in tentatióem. **R.** Sed libera nos à malo. **Absolutio.** Exaudi Dómine Jesu Christe preces servórum tuórum, & miserere nobis, qui cum Patre, & Spíritu Sancto vivis, & regnas in sæcula sæculórum. **R.** Amen. **Ps.** Jube domne benedicere. **Benedictio.** Benedictióe perpétua benedicat nos Pater atérnus. **R.** Amen.

De Libro Exodi.

Lectio j. Cap. 12. a

Dixit Dóminus ad Móysen, & Aaron in terra Ægypti: Loquimini ad univérsam cœtum filiórum Israël, & dicitis eis: Décima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per fa-

Dómini nostri Jesu Christi. 39
familias & domos suas. Erit autem agnus absque mácula, másculus, annículus: juxta quem ritum tollétis & hœdum. Et servabitis eum usque ad quartamdecimam diem mensis hujus: immolabique eum univérsa multitúdo filiórum Israël ad vésperam. Et sument de sanguine ejus, ac ponent super utrúmque postem, & in superliminaribus domórum, in quibus cómedent illum.

Tu autem Dómine miserere nobis. **R.** Deo grátias.

R. Gratificávit nos Deus in dilecto filio suo, in quo habemus redemptiõem, * Per Sanguinem ejus. **Ps.** Remissiõem peccatórum secúndum divitiás grátiae ejus, quæ superabundávit in nobis. Per Sanguinem ejus. **Ps.** Jube domne benedicere. **Benedictio.** Unigénitus Dei Filius nos bene-

40 **Festum SS. Sanguinis**
nedicere, & adjuvare dignetur.
R. Amen.

Lectio ij.

Transibo per terram Ægypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum in terra Ægypti ab homine usque ad pecus: & in cunctis diis Ægypti faciam iudicia, ego Dominus. Erit autem sanguis vobis in signum in ædibus in quibus eritis: & videbo sanguinem, & transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram Ægyptii. Habebitis autem hunc diem in monumentum: & celebrabitis eum solennem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno.

Tu autem Domine miserere nobis. **R.** Amen.

R. Non corruptilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paterna: tradi-

Domini nostri Jesu Christi. 41
ditionis: * Sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi.
Ps. Ex corde invicem diligite, renati non ex semine corruptibili.
Sed pretioso. **Ps.** Jube domine benedicere. **Benedictio.** Spiritus sancti gratia illuminet sensus, & corda nostra. **R.** Amen.

Lectio iij.

Vocavit autem Moyses omnes seniores filiorum Israël, & dixit ad eos: Ite tollentes animal per familias vestras, & immolate Phase. Fasciculumque hyssopi tingite in sanguine qui est in limine, & aspersione ex eo superliminare, & utrumque postem: nullus vestrum egrediatur ostium domus sue usque mane. Transibit enim Dominus percussiens Ægyptios: cumque viderit sanguinem in superliminari, & in utroque poste, transcendet ostium domus, & non sinet percussorem ingredi

42 **Festum SS. Sanguinis**
di domos vestras & lædere.

Tu autem Dómine miserere nobis. **R.** Deo grátias.

R. Christus peccáta nostra pertulit in corpore suo super lignum, ut peccátis mórtui, justitiæ vivámus: * Cujus livóre sanati estis.

Y. Erátis enim sicut oves errántes, sed convérsi estis nunc ad pastórem animárum vestrárum. Cujus livóre. **Gloria Patri.** Cujus livóre.

In secúndo Noctúrno.

Antiphona. Justificáti in sanguine Christi, salvi érimus ab ira per ipsum.

Psalms 22.

Dominus regit me, & nihil mihi déerit: * in loco pásuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiõnis educávit me: * animam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justitiae.

Dómini nostri Jesu Christi. 43
titiae, * propter nomen suum.

Nam & si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala: * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus, * ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsus eos qui tribulant me.

Impinguásti in óleo caput meum: * & calix meus inébrians quàm præclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me * omnibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Justificáti in sanguine Christi, salvi érimus ab ira per ipsum.

Antiphona. Prétio empti estis, nolite fieri servi hóminum.

Psal-

Exaltabo te Dómine quóniam
suscepisti me : * nec delectasti
inimicos meos super me.

Dómine Deus meus clamávi ad
te, * & sanásti me.

Dómine eduxisti ab inférno áni-
mam meam : * salvásti me à descen-
déntibus in lacum.

Psallite Dómino sancti ejus : * &
confitémini memoriae sanctitatis
ejus.

Quóniam ira in indignatione
ejus : * & vita in voluntate
ejus.

Ad vésperum demorábitur fle-
tus ; * & ad matutinum lætitia.

Ego autem dixi in abundantia
mea : * non movébor in ætér-
num.

Dómine in voluntate tua, * præ-
stitisti decóri meo virtútem.

Avertisti faciem tuam à me, *
& factus sum conturbátus.

Ad

Ad te Dómine clamábo : * & ad
Deum meum deprecabor.

Quæ utilitas in sanguine meo, *
dum descendo in corruptiõ-
nem?

Numquid confitébitur tibi pul-
vis, * aut annuntiábit veritatem
tuam?

Audivit Dóminus, & misértus
est mei : * Dóminus factus est ad-
jutor meus.

Convertisti planctum meum in
gáudium mihi : * conscidisti sac-
cum meum, & circumdedisti
me lætitia :

Ut cantet tibi glória mea, & non
compungar : * Dómine Deus
meus in ætérnum confitébor tibi.

Glória Patri, & Filio, &c. ®

Antiphona. Prætio empti estis,
nolite fieri servi hóminum.

Antiphona. Dedit semetípsum Je-
sus Christus pro nobis, ut nos
redimeret ab omni iniquitate.

Psal-

EXaudi Deus orationem meam
cum deprecor: * à timore
inimici eripe animam meam.

Protexisti me à convéntu malig-
nantium, * à multitudíne ope-
rantium iniquitatem.

Quia exacuérunt ut gládium lin-
guas suas: * intenderunt arcum
rem amaram, ut sagittent in occúl-
tis immaculatum.

Súbito sagittábunt eum, & non
timébunt: * firmavérunt sibi ser-
mónem nequam.

Narravérunt ut absconderent lá-
queos: * dixerunt: quis vidébit
eos?

Scrutáti sunt iniquitátes: * de-
fecérunt scrutántes scrutínio.

Accédet homo ad cor altum: *
& exaltábitur Deus.

Sagittæ parvulórum factæ sunt
plagæ eórum: * & infirmatæ sunt
contra eos linguæ eórum.

Con-

Conturbáti sunt omnes qui vi-
debant eos: * & timuit omnis
homo.

Et annuntiavérunt ópera Dei: *
& facta ejus intellexérunt.

Lætábitur justus in Dómino, &
sperábit in eo, * & laudabúntur
omnes recti corde.

Glória Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Dedit semetipsum Je-
sus Christus pro nobis, ut nos re-
dimeret ab omni iniquitáte.

Ps. Beáti, qui lavant stolas suas.

R. In sanguine Agni. **P**ater
noster, &c. **secretó.** **Ps.** Et ne nos
indúcas in tentatióem. **R.** Sed

libera nos à malo. **Absolutio.** Ip-
sius piétas, & misericórdia nos
adjuvet, qui cum Patre, & Spíri-
tu sancto vivit, & regnat in sæcu-
la sæculórum. **R.** Amen. **Ps.** Ju-
be domne benedicere. **Benedic-
tio.** Deus Pater omnipotens sit no-
bis propítius, & clemens. **R.** Amen.

Ser-

48 **Festum SS. Sanguinis**Sermo sancti Joannis Chry-
sostomi.*Homilia ad Neophytos, ante
medium. tom. 5.***Lectio iv.**

Vultis Sanguinis Christi au-
dire virtutem? redeamus
ad ejus exemplum, &
priorem typum recordemur, &
pristinam scripturam narremus.
In Ægypto nocte media Ægypti-
tis Deus plagam decimam mina-
batur, ut eorum primogenita de-
perirent, quia primogenitum ejus
populum detinebant. Sed ne ama-
ta plebs Judæorum una cum illis
periclitaretur, quia unus locus
continebat universos, remedium
discretionis inventum est. Proin-
de exemplum mirabile, ut dis-
cas in veritate virtutem. Ira di-
vinæ indignationis sperabatur, &
domos singulas mortifer circum-
ibat. Quid igitur Moyses? Occi-
di-

Dominici nostri Jesu Christi. 49
dite, inquit, agnum anniculum,
& Sanguine ejus linite januas.

**Tu autem Domine miserere no-
bis. R.** Deo gratias.

ψ. Ipse est caput corporis Ecclē-
siæ, *Ut sit in omnibus ipse pri-
matum tenens. **ψ.** Quia complā-
cuit per eum reconciliare omnia
in ipsum, pacificans per Sangui-
nem crucis ejus sive quæ in ter-
ris, sive quæ in caelis sunt. Ut sit
in omnibus. **ψ.** Jube domne be-
nedicere. **Benedictio.** Christus
perpetuæ det nobis gaudia vitæ.
R. Amen.

Lectio v.

Quid ais Moyses? Sanguis
ovis rationalem hominem
liberare consuevit? Valde, ®
inquit: non eo quod sanguis est:
sed quia Domini sanguinis per
eum demonstratur exemplum.
Nam sicut regnantium statuae,
quæ sine causa sunt & sermone,
C non-

50 **Festum SS. Sanguinis**

nonnumquam ad se confugiéntibus hominibus ánima, & ratióne decorátis subvenire consueverunt, non quia sunt ære confectæ, sed quia rétinent imáginem principálem: ita & sanguis ille, qui irrationális fuit, ánimos habentes hómines liberávit, non quia sanguis fuit: sed quia hujus Sanguinis ostendébat advéntum.

Tu autem Dómine miserere nobis. **R.** Deo grátias.

R. Cúm essétis aliquándo alienáti, & inimici sensu in opéribus malis: * Nunc reconciliávit vos Christus in corpore carnis suæ per mortem. **Ps.** Ut exhibéret vos sanctos & immaculátos, & irreprehensibiles coram ipso. Nunc reconciliávit. **Ps.** Jube domne benedicere. **Benedictio.** Ignem sui amóris accéndat Deus in córdibus nostris. **R.** Amen.

Léc-

Dómini nostri Jesu Christi. 51

Léctio vi.

Angelus igitur ille vastátor cum linitos postes, atque áditus pervidéret, transjécit gressus, & non est ausus intráre. Nunc ergo si viderit inimicus non póstibus impositum sanguinem typi, sed fidélium ore lucéntem sanguinem veritátis, Christi templi póstibus dedicátum, multo magis se súbtrahet. Si enim Angelus cessit exémplo, quanto magis terrébitur inimicus, si ipsam perspéxerit veritátem?

Tu autem Dómine miserere nobis. **R.** Deo grátias.

R. Dignus es Dómine accipere librum, & aperire signácula ejus: quóniam occisus es, & redemisti nos Deo, * In sanguine tuo. **Ps.** Et fecisti nos Deo nostro regnum, & regnabimus super terram. In sanguine tuo. **G**loria Patri. In sanguine tuo.

C 2

In

Antiphona. Vos qui aliquando eratis longè, facti estis propè in Sanguine Christi.

Psalmus 73.

UT quid Deus repulisti in finem: * iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ?

Memor esto congregatiōnis tuæ, * quam possedisti ab initio.

Redemisti virgam hereditatis tuæ: * mons Sion, in quo habitasti in eo.

Leva manus tuas in superbias eorum in finem: * quanta malignatus est inimicus in sancto!

Et gloriati sunt qui oderunt te, * in medio solemnitatis tuæ.

Posuérunt signa sua, signa: * & non cognoverunt sicut in exitu super summum.

Quasí in silva lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum: * in securi & ascia dejecerunt eam.

In-

Incenderunt igni sanctuárium tuum: * in terra polluerunt tabernáculum nóminis tui.

Dixerunt in corde suo cognatió eorum simul: * Quiéscere faciámus omnes dies festos Dei à terra.

Signa nostra non vidimus, jam non est Prophéta: * & nos non cognóscet amplius.

Usquequò Deus impropérabit inimicus: * irratat adversárius nomen tuum in finem?

Ut quid avértis manum tuam, & dexteram tuam, * de medio sinu tuo in finem?

Deus autem Rex noster ante sæcula, * operatus est salutem in medio terra.

Tu confirmasti in virtute tua mare: * contribulasti capita draconum in aquis.

Tu confregisti capita draconis: * dedisti eum escam pópulis Æthiopum.

C3

Tu

54 **Festum SS. Sanguinis**

Tu dirupisti fontes, & torréntes: * tu siccasti flúvios Etham.

Tuus est dies, & tua est nox: * tu fabricátus es auróram & solem.

Tu fecisti omnes términos terræ: * astatem & ver, tu plas-másti ea.

Memor esto hujus inimicus im-properávit Dómino: * & pópulus insípiens incitávit nomen tuum.

Ne tradas béstiis ánimas confi-téntes tibi, * & ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

Réspice in testaméntum tuum: * quia repléti sunt, qui obscuráti sunt, terræ dómibus iniquitátum.

Ne avértatur húmiliis factus con-fúsus: * pauper & inops laudábunt nomen tuum.

Exúrge Deus, júdica causam tuam: * memor esto imprope-riórum tuórum, eórum quæ ab insípiénte sunt tota die.

Ne

Dómini nostri Jesu Christi. 55

Ne obliviscáris voces inimicórum tuórum: * supérbia eórum, qui te odérunt, ascéndit semper.

Glória Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Vos qui aliquando erátis longè, facti estis propè in Sanguine Christi.

Antiphona. Habéntes fidúciam in intróitu Sanctórum in Sanguine Christi, accedámus in plenitúdine fidei.

Psalmus 87.

Domine Deus salutis meæ, * in die clamávi, & nocte coram te.

Intret in conspéctu tuo orátio mea: * inclína aurem tuam ad precem meam:

Quia repléta est malis ánima mea: * & vita mea inférno appropinquávit.

Astimátus sum cum descendentibus in lacum: * factus sum sicut homo sine adjutó-

C4, rio,

56 Festum SS. Sanguinis

rio, inter mórtuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepúlchris, quorum non es memor amplius: * & ipsi de manu tua repúlsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferióri; * in tenebrósis, & in umbra mortis.

Super me confirmátus est furor tuus: * & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos à me: * posuerunt me abominatióem sibi.

Traditus sum, & non egrediébar: * óculi mei languerunt præ inópia.

Clamávi ad te Dómine tota die: * expandi ad te manus meas.

Numquid mórtuis facies mirabilia: * aut médici suscitábunt, & confitebúntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in sepúlchro misericórdiam tuam, * & veritátem tuam in perditiónem?

Num-

Dómini nostri Jesu Christi. 57

Numquid cognoscéntur in tenebris mirabilia tua, * & justitia tua in terra obliuionis?

Et ego ad te Dómine clamávi: * & manè oratio mea præueniet te.

Ut quid Dómine repéllis oratióem meam: * auertis faciém tuam à me?

Pauper sum ego, & in labóribus à iuuentúte mea: * exaltátus autem, humiliátus sum & conturbátus.

In me transiérunt iræ tuæ: * & terróres tui conturbauerunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua tota die: * circumdedérunt me simul. [®]

Elongásti à me amicum & próximum, * & notos meos à miséria.

Glória Patri, & Filio, &c.

Antúphona. Habétes fidúciam in

58 **Festum SS. Sanguinis**
intróitu Sanctórum in Sanguine
Christi, accedámus in plenitú-
dine fidei.

Antiphona. Vestitus erat veste
aspersa sanguine, & vocabátur
nomen ejus Verbum Dei.

Psalmus 93.

Deus ultiónum Dóminus: *

Deus ultiónum liberè egit.

Exaltare qui júdicas terram: *
redde retributióem supérbis.

Usquequò peccatóres Dómine, *
úsquequò peccatóres gloriabúntur:

Effabúntur, & loquéntur iniqui-
tátem: * loquéntur omnes, qui
operántur injustitiam?

Pópulum tuum Dómine humi-
liavérunt: * & hereditátem tuam
vexavérunt.

Viduum & advenam interfecé-
runt: * & pupillos occidérunt.

Et dixerunt: Non vidébit Dó-
minus, * nec intélliget Deus
Jacob.

In.

Dómini nostri Jesu Christi. 59
Intelligite insipientes in pópulo: *
& stulti aliquando sápite.

Qui plantávit aurem, non áu-
diét? * aut qui finxit óculum,
non considerat?

Qui córripit gentes, non ár-
guet: * qui docet hóminem scié-
ntiam?

Dóminus scit cogitatióes hómi-
num, * quóniam vanæ sunt.

Beátus homo, quem tu erudieris
Dómine, * & de lege tua do-
cúeris eum:

Ut mitiges ei à diébus malis: *
donec fodiátur peccatóri fóvea.

Quia non repéllat Dóminus ple-
bem suam: * & hereditátem suam
non derelinquet.

Quoadúsque justitia convertá-
tur in júdicium: * & qui jux-
ta illam omnes qui recto sunt
corde.

Quis consúrget mihi advérsus
malignántes? * aut quis stabit

C 6

me-

60 **Festum SS. Sanguinis**
mecum advēsus operātes iniquitatem?

Nisi quia Dóminus adjuvit me: * paulominus habitasset in inférno anima mea.

Si dicēbam: Motus est pes meus: * misericórdia tua Dómine adjuvabat me.

Secundum multitudinem dolórum meórum in corde meo, * consolatiónes tuæ latificaverunt animam meam.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis *: qui fingis labórem in præcepto?

Captabunt in ánimam justí: * & sánguinem innocéntem condemnábunt.

Et factus est mihi Dóminus in refúgium, * & Deus meus in adiutoriúm spei meæ.

Et reddet illis iniquitatem ipsórum: & in malitia eórum dispédet eos: * dispédet illos Dó-

Dómini nostri Jesu Christi. 61
Dóminus Deus noster.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Vestitus erat veste aspérsa ságuine, & vocabátur nomen ejus Verbum Dei.

Ps. Dealbaverunt stolas suas in ságuine Agni. **R.** Ideó sunt ante thronum Dei. **P**ater noster, &c.

secretó. Ps. Et ne nos indúcas in tentatiónem. **R.** Sed libera nos á malo. **Absolutio.** A vinculis peccatórum nostrórum absolvat nos omnipotens, & misericors Dóminus. **R.** Amen. **Ps.** Jube domine benedicere. **Benedictio.** Evan-

géllica léctio sit nobis salus, & protéctio. **R.** Amen.

Léctio sancti Evangélij secúndum Joánnem.

Léctio vij. *Cap. 19. f*

In illo tēpore: Sciens Jesus quia ómnia consummáta sunt, ut consummarétur scriptúra, dixit: Sitio, Et reliqua.

Ho-

62 **Festum SS. Sanguinis**

Homilia sancti Joannis Chry-
sostomi.

Homilia 45. & 48. in Matthæum
ante médium.

UBique demonstrare adniti-
tur, novam hanc mortem
fuisse. Siquidem in potes-
tate morientis erat, ne priusquam
ipse vellet, & omnia impléta
essent, moreretur. Ideo dicebat:
Potestatem habeo ponendi ani-
mam meam, & potestatem há-
beo iterum sumendi eam. Sciens
ergo omnia consummata, ait: Si-
tio, etiam hoc verbo prophetiam
implens. Tu autem adstantium
pravitatem intellige: nam licet
innumeros habeamus inimicos,
qui nos gravissime persecuti sint,
cum tamen interim eos videmus,
flectimur misericordia: hi vero
nihil moti, magis efferantur, &
irrident, acetumque in sponsia
porrigunt, ut bibat tamquam reus:
nam

Dómini nostri Jesu Christi. 63

nam propter hoc hysópum addi-
tur, quo gustato, mortuus est. Vi-
des quam non perturbatè, & quam
potenter omnia transigentem.

Tu autem Dómine miserere no-
bis. **R.** Deo grátias.

R. Passus est Christus se ab in-
quis comprehendí, & impias sæ-
vientium in se manus admisit:
* Ut ejus Sanguis pretium pos-
set credentium fieri. **ψ.** Cohi-
buit in se poténtiam Deitátis, ut
ad glóriam perveniret passionis.
Ut ejus sanguis. **ψ.** Jube domne
benedicere. **Benedictio.** Divinum
auxilium máneat semper nobis-
cum. **R.** Amen.

Lectio viij.

CUm omnia consummata es-
sent, inclinató capite tradi-
dit spiritum; hoc est, expiravit.
Atqui non post inclinatum caput
expiratur, sed post expirationem
caput inclinatur: hic autem con-
trá

64 **Festum SS. Sanguinis.**
trà accidit, per quod ostendit
Evangelista, eum esse omnium
dóminum. Judæi autem camé-
lum devorantes, & cúlícem exco-
lantes, tantum nefas ausi, de die
consúltant. Quóniam Parascève
erat, ut non remanérent in cru-
ce cõpõra sábbato, rogavérunt
Pilátum, ut frangerentur eõrum
crura. Vides quanti sit véritas,
per ea quæ illi faciunt, prophetia
implétur: alia enim ex hoc ma-
nifestata est. Venerunt ergo mí-
lites, & aliõrum fregérunt crura,
non Christi: sed ad Judæõrum
grátiam conciliándam latus ejus
lancea aperuérunt: & mórtuo ad-
huc insúltant. O péssimam volun-
tátem! O scelestissimam! Noli ta-
men perturbári dilectissime: quæ
enim malo illi ánimo patrárunt,
veritati consentiébant; prophetia
enim hinc impléta est, dicens:
Videbunt in quem transfixérunt.

Tu

Dómini nostri Jesu Christi. 65
Tu autem Dómine miserére no-
bis. **R.** Deo grátias.

R. Invitátur ad paradisi divítias
pópulus Christiánus: * Igneam
enim illam rómphæam, qua vitæ
régio erat inclúsa, sacer Christi
Sanguis extinxit. **V.** Cunctis re-
generátis, ad amissam pátriam
patefactus est réditus. Igneam
enim. **G**lória Patri. Igneam enim.
V. Jube domne denedicere. **Be-
nedictio.** Ad societátem civium
supernõrum perdúcat nos **Rex**
Angelõrum. **R.** Amen.

Lectio ix.

ET continuò exívit sanguis &
aqua. Non casu & simplici-
ter hi fontes scaturierunt: sed
quóniam ex ambõbus Ecclesiã
constituta est. Sciunt hoc initiati,
per aquam regenerati, ságuine
& carne nutriti. Hinc mystéria
ortum habent, ut quóties ad ad-
mirándum cálicem accedis, tam-
quam

66 **Festum SS. Sanguinis**

quam ab ipso latere hauriens, accedas. Qui ipse Christi Sanguis nostrarum animarum est salus, quo abluitur anima, ornatur, & inflammatur. Hic mentem nostram igne reddit splendidior, hic auro clariorem animam facit. Hic Sanguis effusus est, & caelum fecit nobis accessibile. Hic terrarum orbis est pretium, hoc Christus emit Ecclesiam, hoc eam omnem adornavit. Hujus Sanguinis participes, cum Angelis & Archangelis, & supernis manent virtutibus, ipsam regiam Christi stolam induti, & arma spiritualia gerentes. Sed nihil adhuc dixi, ipsum enim induti sunt Regem.

Tu autem Domine, miserere nobis. **R.** Deo gratias.

**Hymnus sanctorum Ambrósii,
& Augustini.**

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur.

Te

Domini nostri Jesu Christi. 67

Te aeternum Patrem: omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli: tibi caeli, & universae potestates.

Tibi Chérubim, & Séraphim: incessabili voce proclamant,
Sanctus, **S**anctus, **S**anctus, **D**ominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt caeli & terra: majestatis gloriae tuae.

Te gloriosus Apostolorum chorus.

Te Prophetarum laudabilis numerus,

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum, sancta confitetur Ecclesia,

Patrem immensae majestatis.

Venerandum tuum verum & unicum Filium.

Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.

Tu rex gloriae Christe.

Tu

68 **Festum SS. Sanguinis**

Tu Patris sempiternus es Filius.
Tu ad liberandum suscepturus
hominem: non horruisti Virginis
uterum.

Tu devicto mortis aculeo: ape-
ruisti credentibus regna caelorum.

Tu ad dexteram Dei sedes: in
gloria Patris.

Judex crederis esse venturus.

Te ergo quaesumus, tuis famulis
subveni: quos pretioso Sanguine
redemisti.

Aeterna fac cum Sanctis tuis in
gloria numerari.

Salvum fac populum tuum Dó-
mine: & benedic hereditati tuae.

Et rege eos: & extolle illos us-
que in aeternum.

Per singulos dies benedicimus
te.

Et laudamus nomen tuum in
saeculum: & in saeculum saeculi.

Dignare Dómine die isto: sine
peccato nos custodire.

Mi-

Dómini nostri Jesu Christi. 69
Miserere nostri Dómine: mise-
rere nostri.

Fiat misericordia tua Dómine su-
per nos: quemadmodum sperá-
vimus in te.

In te Dómine sperávi: non con-
fundar in aeternum.

AD LAUDES, V.

Deus in adiutorium meum
intende. **R.** Dómine ad
adjuvandum me festina.

Glória Patri, & Filio, & Spiritui
sancto. **Sicut** erat in principio,
& nunc, & semper, & in saecula
saeculorum. Amen. Alleluia.

Antiphona. Christum proposuit
Deus propitiatorem per fidem in
sanguine ipsius.

Psalmus 92.

Dominus regnavit, decorem
indutus est: * indutus est
Dóminus fortitudinem, & pra-
cinxit se.

Etenim firmavit orbem terrae: *
qui

68 **Festum SS. Sanguinis**

Tu Patris sempiternus es Filius.
Tu ad liberandum suscepturus
hominem: non horruisti Virginis
uterum.

Tu devicto mortis aculeo: ape-
ruisti credentibus regna caelorum.

Tu ad dexteram Dei sedes: in
gloria Patris.

Judex crederis esse venturus.

Te ergo quaesumus, tuis famulis
subveni: quos pretioso Sanguine
redemisti.

Aeterna fac cum Sanctis tuis in
gloria numerari.

Salvum fac populum tuum Dó-
mine: & benedic hereditati tuae.

Et rege eos: & extolle illos us-
que in aeternum.

Per singulos dies benedicimus
te.

Et laudamus nomen tuum in
saeculum: & in saeculum saeculi.

Dignare Dómine die isto: sine
peccato nos custodire.

Mi-

Dómini nostri Jesu Christi. 69
Miserere nostri Dómine: mise-
rere nostri.

Fiat misericordia tua Dómine su-
per nos: quemadmodum sperá-
vimus in te.

In te Dómine sperávi: non con-
fundar in aeternum.

AD LAUDES, V.

Deus in adiutorium meum
intende. **R.** Dómine ad
adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui
sancto. **Sicut** erat in principio,
& nunc, & semper, & in saecula
saeculorum. Amen. Alleluia.

Antiphona. Christum proposuit
Deus propitiatorem per fidem in
sanguine ipsius.

Psalmus 92.

Dominus regnavit, decorem
indutus est: * indutus est
Dóminus fortitudinem, & pra-
cinxit se.

Etenim firmavit orbem terrae: *
qui

70 **Festum SS. Sanguinis**
qui non commovébitur.

Paráta sedes tua ex tunc: * á
sæculo tu es.

Elevavérunt flúmina Dómine: *
elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus
suos: * á vóçibus aquárum mul-
tárum.

Mirábiles elatiónes maris, * mi-
rabilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibilia facta
sunt nimis: * domum tuam decet
sanctitúdo Dómine in longitúdi-
nem diérum.

Glória Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Christum propósuit
Deus propitiátorem per fidem in
sanguine ipsius.

Antiphona. Jesus, ut sanctificáret
per suum sanguinem pópulum,
extra portam passus est.

Psalmus 99.

Jubiláte Deo omnis terra: *
servíte Dómino in lætítia.

In-

Dómini nostri Jesu Christi. 71

Intróite in conspéctu ejus, * in
exultatióne.

Scitôte, quóniam Dóminus ipse
est Deus: * ipse fecit nos, & non
ipsi nos.

Pópulus ejus, & oves pásquæ
ejus: * intróite portas ejus in con-
fessióne, átria ejus in hymnis:
confitémini illi.

Laudáte nomen ejus: quóniam
suávis est Dóminus, in ætérnum
misericórdia ejus: * & usque in
generatióne & generatióne
véritas ejus.

Glória Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Jesus, ut sanctificáret
per suum sanguinem pópulum,
extra portam passus est.

Antiphona. Sanguis Jesu Christi
Filii Dei emúndat nos ab omni
peccáto.

Psalmus 62.

Deus Deus meus * ad te de
luce vigilo.

Si-

72 Festum SS. Sanguinis

Sitit in te ánima mea, * quám multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta, & ínvia, & in-aquósa: * sic in sancto apparui tibi, ut vidérem virtútem tuam, & glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas: * lábia mea laudábunt te.

Sic benedicam te in vita mea: * in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea: * & lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: * quia fulsti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exultábo, adhæsit ánima mea post te: * me suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quasiérunt ánimam meam, introibunt in inferióra terræ: * tradéntur in ma-

Dómini nostri Jesu Christi. 73
manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudábuntur omnes qui jurant in eo: * quia obstrúctum est os loquéntium iniqua.

Hic non dicitur Glória Patri.

Psalmus 66.

Deus misereátur nostri, & benedicat nobis: * illúminet vultum suum super nos, & misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam: * in ómnibus géntibus salutare tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur & exultent gentes: * quóniam júdicas pópulos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi pópuli Deus: confiteantur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster,
D ter,

74 **Festum SS. Sanguinis**
ter, benedicat nos Deus: * &
méтуant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Sanguis Jesu Christi
Filii Dei emúndat nos ab omni
peccato.

Antiphona. Venit per aquam, &
sanguinem Jesu Christus, non
in aqua solúm; sed in aqua, &
sanguine.

Canticum trium puerórum.

Daniëlis 3. e

Benedicite ómnia ópera Dó-
mini Dómino, * laudáte &
superexaltáte eum in sæcula.

Benedicite Angeli Dómini Dó-
mino: * benedicite cæli Dómino.

Benedicite aquæ omnes, quæ su-
per cælos sunt, Dómino: * be-
nedicite omnes virtútes Dómini
Dómino.

Benedicite sol & luna Dómi-
no: * benedicite stellæ cæli Dó-
mino.

Be-

Dómini nostri Jesu Christi. 75
Benedicite omnis imber & ros
Dómino: * benedicite omnes spi-
ritus Dei Dómino.

Benedicite ignis & æstus Dómi-
no: * benedicite frigus & æstus
Dómino.

Benedicite rores & pruina Dó-
mino: * benedicite gelu & frigus
Dómino.

Benedicite glácies & nives Dó-
mino: * benedicite noctes & dies
Dómino.

Benedicite lux & ténebræ Dómi-
no: * benedicite fúlgura & nu-
bes Dómino.

Benedicat terra Dóminum: * lau-
det & superexáltet eum in sæcula.

Benedicite montes & colles Dó-
mino: * benedicite univérſa ger-
minántia in terra Dómino.

Benedicite fontes Dómino: * be-
nedicite mária & flúmina Dó-
mino.

Benedicite cete, & ómnia quæ
D 2 mo-

76 **Festum SS. Sanguinis**
movéntur in aquis, Dómino: *
benedicite omnes vólucres cæli
Dómino.

**Benedicite omnes béstia & pé-
cora Dómino: * benedicite filii
hómimum Dómino.**

**Benedicat Israël Dóminum: * lau-
det & superexaltet eum in sæcula.**

**Benedicite sacerdotes Dómini
Dómino: * benedicite servi Dó-
mini Dómino.**

**Benedicite spiritus & animæ jus-
tòrum Dómino: * benedicite
sancti & húmiles corde Dómino.**

**Benedicite Anania, Azaria, Mi-
saël Dómino: * laudate & super-
exaltate eum in sæcula.**

**Benedicámus Patrem & Filium
cum sancto Spíritu: * laudémus
& superexaltémus eum in sæcula.**

**Benedictus es Dómine in firma-
ménto cæli: * & laudábilis, & glo-
riósus, & superexaltátus in sæcula.**

Hic non dicitur Glória Patri.

An-

Dómini nostri Jesu Christi. 77
Antiphona. Venit per aquam, &
sanguinem Jesus Christus, non in
aqua solúm, sed in aqua, & san-
guine.

Antiphona. Christus diléxit nos,
& lavit nos à peccátiis nostris in
sanguine suo.

Psalmus 148.

L Audate Dóminum de cælis: *
laudate eum in excelsis.

L audate eum omnes Angeli ejus: *
laudate eum omnes virtutes ejus.

L audate eum sol & luna: * laudá-
te eum omnes stellæ, & lumen.

L audate eum cæli cælòrum: * &
aquæ omnes, quæ super cælos
sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: *
ipse mandávit, & creata sunt. [®]

Statuit ea in ætérnum, & in sæcu-
lum sæculi: * præcéptum pósuit,
& non præteribit.

L audate Dóminum de terra, *
dracónes, & omnes abyssi.

D 3

1 g-

78 **Festum SS. Sanguinis**

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: * quæ faciunt verbum ejus.

Montes, & omnes colles: * ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestiae & universa pecora: * serpentes, & volucres pennatae:

Reges terræ, & omnes populi; * principes & omnes iudices terræ.

Juvenes, & virgines: senes cum junioribus laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cælum & terram: * & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus: * filiis Israël, populo appropinquanti sibi.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalms 149.

Cantate Domino canticum novum: * laus ejus in ecclesia sanctorum.

Latetur Israël in eo, qui fecit eum:

Domini nostri Jesu Christi. 79
eum: * & filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano & psalterio psallant ei:

Quia beneplacitum est Domino in populo suo: * & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria, * letabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in guttore eorum: * & gladii ancipites in manibus eorum:

Ad faciendam vindictam in nationibus: * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: * & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum: * gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

Hic non dicitur Gloria Patri.

D 4

Psal-

80 **Festum SS. Sanguinis**

Psalmus 150.

Laudate Dóminum in sanctis
ejus: * laudate eum in fir-
maménto virtútis ejus.

Laudate eum in virtútibus ejus: *
laudate eum secundum multítu-
dinem magnítudinis ejus.

Laudate eum in sono, tubæ: *
laudate eum in psalterio, & ci-
thara.

Laudate eum in tympano, &
choro: * laudate eum in chordis,
& órgano.

Laudate eum in cymbalis bene-
sonántibus: laudate eum in cym-
balis jubilatiónis: * omnis spiri-
tus laudet Dóminum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Christus diléxit nos,
& lavit nos à peccatis nostris in
sanguine suo.

Capitulum. *Ad Hebr. 9. c*

Fratres, tabernáculum, & óm-
nia vasa ministérii sanguine

as-

Dómini nostri Jesu Christi. 81
aspérsit Móyses; & ómnia pené
in sanguine secundum legem
mundántur, & sine sanguinis ef-
fusióne non fit remissio.

Rc. Deo grátias.

Hymnus.

O Celse rerum cónditor,
Salútis auctor ómnium,
Tu nos sacrato Sanguine
Omni repúrgas crimine.

Nos anguis ille cállidus,
Antíquus hostis stráverat:
Primum nitórem méntium
Caligo culpæ démperat.

Sacro tamen de corpore
Summi valóris Sanguinem
Fundis redémptor affatim,
Omnémque labem diluís.

Repelle quidquid improbum
Interna cordis inficit:
In nos refúnde, quæsumus,
Tui vigórem Sanguinis.

Deo Patri sit glória,
Ejusque soli Filio,

D 5

Cum

82 **Festum SS. Sanguinis**

Cum Spiritu paráclito,
Nunc, & per omne sæculum.
Amen.

V. Empti estis pretio magno.

R. Sanguine Christi.

Antiphona. Christus non per sanguinem hircorum, aut vitulorum; sed per proprium sanguinem introiit semel in sancta æterna redemptione inventa.

Canticum Zachariæ.

Lucæ 1. g

Benedictus Dominus Deus Israel, * quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ:

Et erexit cornu salutis nobis: * in domo David pueri sui:

Sicut locutus est per os sanctorum, * qui à sæculo sunt, prophetarum ejus:

Salutem ex inimicis nostris, * & de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad

Dominus nostri Jesu Christi. 83

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: * & memorati testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, * daturum se nobis:

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, * seruiamus illi.

In sanctitate & justitia coram ipso, * omnibus diebus nostris.

Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: * præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus:

Ad dandam sciendam salutis plebi ejus: * in remissionem peccatorum eorum:

Per viscera misericordiae Dei nostri: * in quibus visitavit nos, oriens ex alto:

Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri. **S**icut erat.

D 6

An-

84. Festum SS. Sanguinis

Antiphona. Christus non per sanguinem hircorum, aut vitulorum; sed per proprium sanguinem introiit semel in sancta æterna redemptione inventa.

Ps. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiternè Deus, qui Sanguine Filii tui placari, & nos redimi voluisti: concede nobis, quæsumus, salutis nostræ prætium ita recollere, ut & nunc veniam, & in æternam gloriam consequi valeamus. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

Ps. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Ps. Benedicamus Domino. R. Deo gratias. Ps. Fide-

Domini nostri Jesu Christi. 85
delium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.
R. Amen.

AD PRIMAM.

Dicitur Pater noster, Ave Maria, & Credo secreto: dicitur clara voce Ps.

DEus in adiutorium meum intende. R. Domine ad adjuvandum me festina. Ps. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. R. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen. Alleluia.

Hymnus.

Jam lucis orto sidere
Deum precemur supplices,
Ut in diurnis actibus

Nos fervet à nocentibus.

Lingua refrænans temperet,
Ne litis horror insonet:

Visum fovendo contegat,

Ne vanitates hauriat.

Sint pura cordis intima,

Ab-

86 **Festum SS. Sanguinis**

Absistat & vecordia:

Carnis terat superbiam

Potus cibique parcitas.

Ut cum dies abscesserit,
Noctemque sors reduxerit,

Mundi per abstinenciam

Ipsi canamus gloriam.

Deo Patri sit gloria,

Ejusque soli Filio,

Cum Spiritu Paraclito,

Nunc, & per omne saeculum.

Amen.

Antiphona. Christum proposuit.

Psalmus 53.

Deus in nomine tuo saluum
me fac: * & in virtute
tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam: *
auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt
adversum me: & fortes quasi-
erunt animam meam: * & non
proposuerunt Deum ante cons-
pectum suum.

Ec-

Domini nostri Jesu Christi. 87

Ecce enim Deus adjuvat me: *
& Dominus susceptor est animae
meae.

Averte mala inimicis meis: * &
in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi: * &
confitebor nomini tuo Domine:
quoniam bonum est:

Quoniam ex omni tribulatione
eripuisti me: * & super inimicos
meos desepxit oculus meus.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalmus 118.

Beati immaculati in via: * qui
ambulant in lege Domini.

Beati, qui scrutantur testimonia
ejus: * in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquita-
tem, * in viis ejus ambulaverunt. [Ⓡ]

Tu mandasti * mandata tua cus-
todiri nimis.

Utinam dirigantur viae meae, * ad
custodiendas justificationes tuas.

Tunc non confundar, * cum
pers-

88 **Festum SS. Sanguinis**

perspexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis: * in eo quod didici iudicia justitie tue.

Justificaciones tuas custodiam: * non me derelinquas usqueaque.

In quo corrigit adolescentior viam suam? * in custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisivi te: * ne repellas me a mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua: * ut non peccem tibi.

Benedictus es Domine: * doce me justificaciones tuas.

In labiis meis, * pronuntiavi omnia iudicia oris tui.

In via testimoniõrum tuõrum delectatus sum, * sicut in omnibus divitiis.

In mandatis tuis exercëbor: * & considerabo vias tuas.

In justificacionibus tuis meditabor:

Domini nostri Jesu Christi. 89
bor: * non obliviscar sermones tuos.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Retribe servo tuo, vivifica me: * & custodiam sermones tuos.

Revela oculos meos: * & considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: * non abscondas a me mandata tua.

Concupivit anima mea desiderare justificaciones tuas, * in omni tempore.

Increpasti superbos, * maledicti qui declinant a mandatis tuis.

Aufer a me opprobrium, & contempum: * quia testimonia tua exquisivi.

Etenim sederunt principes, & adversum me loquebantur: * servus autem tuus exercebatur in justificacionibus tuis.

Nam & testimonia tua meditatio mea est: * & consilium meum justificaciones tue.

Ad-

90 **Festum SS. Sanguinis.**

A dhasit pavimento anima mea: *
vivifica me secundum verbum
tuum.

Vias meas enuntiavi, & exaudisti
me: * doce me justificatio-
nes tuas.

Viam justificatorum tuarum ins-
trua me: * & exercebor in mi-
rabilibus tuis.

Dormitavit anima mea pre tæ-
dio: * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amove a me: *
& de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elegi: * judicia
tua non sum oblitus.

Adhasi testimoniis tuis Domi-
ne: * noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cu-
curri, * cum dilatasti cor
meum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Christum proposuit
Deus propitiorem per fidem in
sanguine ipsius.

Ca-

Domini nostri Jesu Christi. 91

Capitulum. 1. *Timoth. i. d*

Regi saeculorum immortalium, &
invisibili, soli Deo honor,
& gloria, in saecula saeculorum.
Amen. **R.** Deo gratias.

R. brev. Christe Fili Dei vivi,
* Miserere nobis. **Et repetitur.**

Christe Fili Dei vivi, miserere
nobis. **Ps.** Qui sedes ad dexteram
Patris. Miserere nobis. **G**loria Pa-
tri, & Filio, & Spiritui sancto.
Christe Fili Dei vivi, miserere
nobis. **Ps.** Exurge Christe, ad-
juva nos. **R.** Et libera nos pro-
pter nomen tuum. **Ps.** Dominus
vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

O remus.

Domine Deus omnipotens,
qui ad principium hujus
diei nos pervenire fecisti: tua nos
hodie salva virtute; ut in hac die
ad nullum declinemus peccatum;
sed semper ad tuam justitiam fa-
ciendam nostra procedant elo-
quia,

92 Festum SS. Sanguinis.

quia, dirigantur cogitationes, & opera. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. **R.** Amen.

V. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **V.** Benedicamus Domino. **R.** Deo gratias.

Deinde in choro legitur Martyrol. & postea Hebdomadar. dicit.

V. Pretiosa in conspectu Domini. **R.** Mors sanctorum ejus.

Sancta Maria, & omnes Sancti intercedant pro nobis ad Dominum; ut nos mereamur ab eo adjuvari, & salvari, qui vivit, & regnat in secula seculorum. **R.** Amen.

V. Deus in adiutorium meum intende. **R.** Domine ad adjuvandum me festina. **V.** Deus in adiutorium meum intende. **R.** Domine ad adjuvandum me festina.

V. Deus in adiutorium meum intende.

Domini nostri Jesu Christi. 93
tende. **R.** Domine ad adjuvandum me festina. **V.** Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

R. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen. **Kyrie eleison.**

Christe eleison. **Kyrie eleison.** **P**ater noster, &c. **secreto. V.** Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo. **V.** Respice in servos tuos Domine, & in opera tua, & dirige filios eorum. **V.** Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige. **V.** Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

R. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. **R.** Amen.

Oremus.

Dirigere, & sanctificare, regere, & gubernare dignare
Dó-

94 **Festum SS. Sanguinis**

Dómine Deus, Rex cæli, & terræ, hódie corda, & corpora nostra, sensus, sermões, & actus nostros in lege tua, & in opéribus mandatórum tuórum: ut hic, & in ætérnum, te auxiliante, salvi, & liberi esse mereamur, Salvátor mundi. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculórum. **R.** Amen.
Ps. Jube domne benedicere. **Benedictio.** Dies, & actus nostros in sua pace dispónat Dóminus omnipotens. **R.** Amen.

Lectio brevis. *Apoc. 12. c.*

Projéctus est accusator fratrum nostrórum, & ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni. Tu autem Dómine miserere nobis. **R.** Deo grátias.

Ps. Adjutórium nostrum in nómine Dómini. **R.** Qui fecit cælum, & terram. **Ps.** Benedicite. **R.** Deus. **Benedictio.** Dóminus nos benedicat, & ab ómni malo de-

Dómini nostri Jesu Christi. 95
deféndat, & ad vitam perducát ætérnam, & Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiescant in pace. **R.** Amen.

AD TERTIAM.

Diçto Pater noster, &c. Ave Maria, &c. secreto; dicitur clara voce. Ps.

DEus in adjutórium meum inténde. **R.** Dómine adjuvándum me festína. **Ps.** Glória Patri, & Filio, & Spiritui sancto. **R.** Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculórum. Amen. Allelúia.

Hymnus.

Nunc sancte nobis Spiritus,
Unum Patri cum Filio,
Dignare promptus ingeri
Nostro refusus pectori.
Os, lingua, mens, sensus, vigor,
Confessionem personent,
Flammescat igne charitas,

Ac-

96 **Festum SS. Sanguinis.**

Accendat ardor próximos.

Præsta, Pater piissime,

Patrique compar Unice,

Cum Spiritu Paráclito

Regnans per omne sæculum.

Amen.

Antiphona. Jesus, ut sanctificaret.

Psalmus.

LEgem pone mihi Dómine
viam justificatiónum tuá-
rum: * & exquiram eam
semper.

Da mihi intelléctum, & scrutá-
bor legem tuam: * & custódiám
illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam mandató-
rum tuórum: * quia ipsam vólui.

Inclína cor meum in testimónia
tua: * & non in avaritiam.

Avérte óculos meos ne videant
vanitatem: * in via tua vivifica
me.

Státue servo tuo elóquium tuum,*
in timóre tuo.

Am-

Dómini nostri Jesu Christi. 97

Amputa oppróbrium meum, quod
suspícátus sum: * quia júdicia
tua júcúnda.

Ecce concupívi mandáta tua: *
in æquitáte tua vivifica me.

Et véniat super me misericórdia
tua Dómine: * salutáre tuum se-
cúndúm elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus
mihi verbum: * quia sperávi in
sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo ver-
bum veritátis usquequáque: *
quia in júdiciis tuis supersperávi.

Et custódiám legem tuam sem-
per: * in sæculum & in sæculum
sæculi.

Et ambulábam in latitúdine: *
quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar in testimoniis tuis in
conspéctu regum: * & non con-
fundébar.

Et meditábar in mandátis tuis,*
quæ diléxi.

E

Et

Et levavi manus meas ad mandata tua, quae dilexi: * & exercebar in justificationibus tuis.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Memor esto verbi tui servo tuo, * in quo mihi spem dedisti.

Haec me consolata est in humilitate mea: * quia eloquium tuum vivificavit me.

Superbi inique agebant usquequaque: * a lege autem tua non declinavi.

Memor fui iudiciorum tuorum a saeculo Domine: * & consolatus sum.

Defectio tenuit me, * pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

Cantabiles mihi erant justificationes tuae, * in loco peregrinationis meae.

Memor fui nocte nominis tui Domine: * & custodivi legem tuam.

Haec

Haec facta est mihi: * quia justificationes tuas exquisivi.

Portio mea Domine, * dixi custodire legem tuam.

Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: * miserere mei secundum eloquium tuum.

Cogitavi vias meas: * & converti pedes meos in testimonia tua.

Paratus sum, & non sum turbatus: * ut custodiam mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me: * & legem tuam non sum oblitus.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi, * super iudicia justificationis tuae.

Particeps ego sum omnium timementium te: * & custodientium mandata tua.

Misericordia tua Domine plena est terra: * justificationes tuas doce me.

Gloria Patri, & Filio, &c.

E 2

B 0

100 **Festum SS. Sanguinis**

Bonitatem fecisti cum servo tuo Domine: * secundum verbum tuum.

Bonitatem, & disciplinam & scientiam doce me: * quia mandatis tuis credidi.

Priusquam humiliarer ego desiqui: * propterea eloquium tuum custodivi.

Bonus es tu: * & in bonitate tua doce me justificationes tuas.

Multiplicata est super me iniquitas superborum: * ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.

Coagulatum est sicut lac cor eorum: * ego vero legem tuam meditatus sum.

Bonum mihi quia humiliasti me: * ut discam justificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, * super millia auri, & argenti.

Manus tuae fecerunt me, & plasmaverunt me: * da mihi intellectum.

Domini nostri Jesu Christi. 101
lectum, & discam mandata tua.

Qui timent te videbunt me, & laetabuntur: * quia in verba tua supersperavi.

Cognovi Domine quia aequitas judicium tua: * & in veritate tua humiliasti me.

Fiat misericordia tua ut consolatur me, * secundum eloquium tuum servo tuo.

Veniant mihi miserationes tuae, & vivam: * quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur superbi, quia injuste iniquitatem fecerunt in me: * ego autem exercabor in mandatis tuis.

Convertantur mihi timentes te: * & qui noverunt testimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis: * ut non confundar.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Jesus, ut sanctificaret

102 **Festum SS. Sanguinis**

ret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.

Capitulum. *Ad Hebr. 9. e*

Fratres, tabernaculum, & omnia vasa ministerii sanguine aspersione Moyses; & omnia penè in sanguine secundum legem mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio.

R. Deo gratias.

R. breve. Dealbaverunt stolas suas, * In sanguine agni. Dealbaverunt stolas suas, in sanguine agni. **Ps.** Ideo sunt ante thronum Dei. In sanguine agni. **G**loria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Dealbaverunt stolas suas, in sanguine agni. **Ps.** Empti estis pretio magno. **R.** Sanguine Christi. **Ps.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterna Deus, qui sanguine Filii tui pla-

ca-

Domini nostri Jesu Christi. 103
cari, & nos redimi voluisti: concede nobis, quaesumus, salutis nostrae pretium ita recollere, ut & nunc veniam, & in aeternum gloriam consequi valeamus. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Ps. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **Ps.** Benedicamus Domino. **R.** Deo gratias. **Ps.** Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace. **R.** Amen.

A D S E X T A M.

Dicto secreto Pater noster, & Ave Maria: dicitur clara voce **Ps.** Deus in adiutorium meum intende. **R.** Domine ad adjuvandum me festina. **Ps.** Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

E 4

Si-

104. **Festum SS. Sanguinis**
R. Sicut erat in principio, &
nunc, & semper, & in sæcula
sæculórum. Amen. Alleluia.

Hymnus.

Rector potens, verax Deus,
Qui témporas rerum vices,
Splendóre mané illúminas,
Et ignibus meridiem.

Extingue flammæ litium,
Aufer calórem nóxium,
Confer salútem córporum,
Verámque pacem córdium.

Pæsta, Pater piíssime,
Patrique compar Unice,
Cum Spirítu Paráclito,
Regnans per omne sæculum.

Amen.

Antiphona. Sanguis Jesu Christi.

Psalmus.

Defecit in salutáre tuum
ánima mea: * & in ver-
bum tuum supersperávi.

Defecerunt óculi mei in eló-
quium tuum, * dicéntes: Quan-
do

Dómini nostri Jesu Christi. 105
do consoláberis mei?

Quia factus sum sicut uter in
pruína: * justificatiónes tuas non
sum oblitus.

Quot sunt dies servi tui: * quan-
do faciés de persequéntibus me
judícium?

Narravérunt mihi iníqui fabula-
tiónes: * sed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua veritas: *
iníque persecúti sunt me, adjuva
me.

Paulò minús consummavérunt
me in terra: * ego autem non de-
reliquí mandáta tua.

Secúndum misericórdiam tuam
vivifica me: * & custódiám tes-
timónia oris tui.

In ætérnum Dómine, * verbum
tuum pérmanet in celo.

In generatióem & generatió-
nem veritas tua: * fundásti ter-
ram, & pérmanet.

Ordinatióne tua perseverát dies: *

E 5

quó-

quóniam ómnia sérvium tibi.

Nisi quòd lex tua meditatio mea est: * tunc fortè perissem in humilitate mea.

In aeternum non obliviscar justificationes tuas: * quia in ipsis vivificasti me.

Tuus sum ego, salvum me fac: * quóniam justificationes tuas exquisivi.

Me expectaverunt peccatores ut perderent me: * testimonia tua intellexi.

Omnis consummationis vidi finem: * latum mandatum tuum nimis.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Quomodo dilexi legem tuam Domine? * tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: * quia in aeternum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi-

lexi: * quia testimonia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi: * quia mandata tua quasiivi.

Ab omni via mala prohibui pedes meos: * ut custodiam verba tua.

A judiciis tuis non declinavi: * quia tu legem posuisti mihi.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, * super mel ori meo!

A mandatis tuis intellexi: * propterea odivi omnem viam iniquitatis.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, * & lumen semitis meis.

Juravi & statui * custodire iudicia justitiae tuae.

Humiliatus sum usquequaque Domine: * vivifica me secundum verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita facta Domine: * & iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis
semper : * & legem tuam non
sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueum
mihi : * & de mandatis tuis non
erravi.

Hereditate acquisivi testimonia
tua in aeternum : * quia exultatio
cordis mei sunt.

Inclinavi cor meum ad facien-
das justificationes tuas in aeternum : * propter retributionem.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Iniquos odio habui : * & legem
tuam dilexi.

Adjuutor & susceptor meus es
tu : * & in verbum tuum super-
speravi.

Declinante a me maligni : * &
scrutabor mandata Dei mei.

Suscipe me secundum eloquium
tuum, & vivam : * & non con-
fundas me ab expectatione mei.

Adjuva me, & salvus ero : * &

re-

Domini nostri Jesu Christi. 109
meditabor in justificationibus tuis
semper.

Sprevisti omnes discedentes a ju-
diciis tuis : * quia injusta cogita-
tio eorum.

Praevicantes reputavi omnes
peccatores terrae : * ideo dilexi
testimonia tua.

Confige timore tuo carnes meas : *
a judiciis enim tuis timui.

Feci iudicium & justitiam : * non
tradas me calumniantibus me.

Suscipe servum tuum in bo-
num : * non calumnietur me su-
perbi.

Oculi mei defecerunt in salutare
tuum : * & in eloquium justitiae
 tuae.

Fac cum servo tuo secundum
misericordiam tuam : * & justifi-
cationes tuas doce me.

Servus tuus sum ego : * da mihi
intellectum, ut sciam testimonia
tua.

Tem-

110 **Festum SS. Sanguinis**

Tempus faciendi Dómine: * dis-
sipaverunt legem tuam.

Ideò diléxi mandáta tua, * su-
per aurum & topázion.

Propterea ad ómnia mandáta tua
dirigébar: * omnem viam ini-
quam ódio hábui.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Sanguis Jesu Christi
Filii Dei emúndat nos ab omni
peccáto.

Capitulum.

Hebr. 9. d

Si sanguis hircórum, & tauró-
rum inquinátos sanctificat ad
emundatióem carnis, quantò
magis Sanguis Christi emundábit
consciéntiam nostram ab opéri-
bus mórtuis, ad serviéndum Deo
vivénti? **Rc.** Deo grátias.

Rc. brev. Empti estis, * Prétio
magno. Empti estis, pretio mag-
no. **V.** Sanguine Christi. Prétio
magno. **G**loria Patri, & Filio,
& Spiritui sancto. Empti estis,
pré-

Dómini nostri Jesu Christi. III

prétio magno. **V.** Justificáti in
sanguine ipsius. **Rc.** Salvi érimus
ab ira per ipsum. **V.** Dóminus
vobiscum. **Rc.** Et cum spiritu
tuo.

Oremus.

OMnipotens sempitérne Deus,
qui Sanguine Filii tui pla-
cári, & nos rédimi voluisti: con-
cède nobis, quæsumus, salutis
nostræ pretium ita recólere, ut &
nunc véniam, & in ætérnum gló-
riam cónsequi valeámus. Per eum-
dem Dóminum nostrum Jesum
Christum Filium tuum: qui tecum
vivit & regnat in unitáte Spiritus
sancti Deus, per ómnia sæcula
sæculórum. **Rc.** Amen.

V. Dóminus vobiscum. **Rc.** Et
cum spiritu tuo. **V.** Benedicá-
mus Dómino. **Rc.** Deo grátias.
V. Fidélium ánimæ per miseri-
córdiam Dei requiescant in pace.
Rc. Amen.

AD

Dicto secretò Pater noster , &
Ave Maria : dicitur clara voce .

DEus in adiutorium meum in-
tende. **R.** Domine ad ad-
juvandum me festina. **V.** Glória
Patri , & Filio , & Spiritui sancto.
R. Sicut erat in principio , &
nunc , & semper , & in sæcula
sæculorum. Amen. Alleluia.

Hymnus.

Rerum Deus tenax vigor,
Immòtus in te permanens,
Lucis diurnæ tempora
Successibus determinans:

Largire lumen vespere,
Quo vita nusquam decídat,
Sed præmium mortis sacræ
Perennis instet glória.

Præsta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spiritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.

Amen.

An-

Mirabilia testimónia tua : *
ídeo scrutata est ea ani-
ma mea.

Declaratio sermonum tuorum il-
luminat : * & intellectum dat par-
vulis.

Os meum aperui , & attraxi spi-
ritum : * quia mandata tua desi-
derabam.

Aspice in me , & miserere mei , *
secundum iudicium diligentium
nomen tuum.

Gressus meos dirige secundum
elóquium tuum : * & non domi-
nètur mei omnis injustitia.

Redime me à calumniis hómi-
num : * ut custodiam mandata
tua.

Faciem tuam illumina super ser-
vum tuum : * & doce me justifi-
cations tuas.

Exitus aquarum deduxerunt óculi
mei :

114 **Festum SS. Sanguinis**
mei : * quia non custodiérunt le-
gem tuam.

Iustus es Dómine : * & rectum
judicium tuum.

Mandásti justitiam testimónia
tua : * & veritatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus meus : *
quia obliti sunt verba tua inimici
mei.

Ignitum elóquium tuum vehe-
ménter : * & servus tuus diléxit
illud.

Adolescéntulus sum ego , & con-
témptus : * justificatiónes tuas
non sum oblitus.

Justitia tua , justitia in ætérnum : *
& lex tua veritas.

Tribulatio & angustia invenérunt
me : * mandáta tua meditatio
mea est.

Requitas testimónia tua in ætér-
num : * intelléctum da mihi , &
vivam.

Glória Patri , & Filio , &c.
Cla-

Dómini nostri Jesu Christi. 115

Clamávi in toto corde meo,
exáudi me Dómine : * jus-
tificatiónes tuas requiram.

Clamávi ad te , salvum me fac : *
ut custodiám mandáta tua.

Præveni in maturitáte , & cla-
mávi : * quia in verba tua super-
sperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te di-
lúculo : * ut meditárer elóquia
tua.

Vocem meam audi secúndum mi-
sericórdiam tuam Dómine : * &
secúndum judicium tuum vivifi-
ca me.

Appropinquavérunt persecúen-
tes me iniquitati : * à lege autem
tua longè facti sunt.

Propè es tu Dómine : * & omnes
viæ tuæ veritas.

Iníto cognóvi de testimóniis
tuis : * quia in ætérnum fun-
dásti ea.

Vide humilitátem meam , & éri-
pe

116 **Festum SS. Sanguinis**

pe me : * quia legem tuam non sum oblitus.

Júdica iudicium meum , & rédime me : * propter elóquium tuum vivifica me.

Longé à peccatoribus salus : * quia justificaciones tuas non exquisierunt.

Misericórdiæ tuæ multæ Dómine : * secúndum iudicium tuum vivifica me.

Multi qui persequúntur me , & tribulant me : * à testimoniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricantes , & tabescébam : * quia elóquia tua non custodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua diléxi Dómine : * in misericórdia tua vivifica me.

Principium verbórum tuórum , veritas : * in ætérnum ómnia iudicia justitiæ tuæ.

Gloria Patri , & Filio , &c.

Prin-

Dómini nostri Jesu Christi. 117

Principes persecúti sunt me gratis : * & à verbis tuis formidávit cor meum.

Lætabor ego super elóquia tua : * sicut qui invénit spólia multa.

Iniquitátem ódio hábui , & abominátus sum : * legem autem tuam diléxi.

Sépties in die laudem dixi tibi : * super iudicia justitiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam : * & non est illis scándalum.

Expectábam salutáre tuum Dómine : & mandáta tua diléxi.

Custodivit ánima mea testimónia tua : & diléxit ea veheméter.

Servávi mandáta tua , & testimónia tua : * quia omnes viæ meæ in conspéctu tuo.

Appropinquet deprecátio mea in conspéctu tuo Dómine : * juxta elóquium tuum da mihi intelléctum.

In.

118 **Festum SS. Sanguinis**

Intret postulatio mea in conspectu tuo : * secundum eloquium tuum eripe me.

* **E**ruentur labia mea hymnum, * cum docueris me justificationes tuas.

Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum : * quia omnia mandata tua æquitas.

Fiat manus tua, ut salvet me : * quoniam mandata tua elegi.

Concupivi salutare tuum Domine : * & lex tua meditatio mea est.

Vivet anima mea, & laudabit te : * & iudicia tua adjuvabunt me.

Erravi, sicut ovis, quæ periiit : * quare servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Christus dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

Ca-

Dómini nostri Jesu Christi. 119
Capitulum. *Apoc. 12. c*

Projectus est recusator fratrum nostrorum, & ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni. **R.** Deo gratias.

R. brev. **J**ustificati, * **I**n sanguine ipsius. **J**ustificati in sanguine ipsius. **ψ.** **S**alvi erimus ab ira per ipsum. **I**n sanguine ipsius. **G**loria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. **J**ustificati in sanguine ipsius. **ψ.** **C**hristus lavit nos à peccatis nostris. **R.** **I**n sanguine suo. **ψ.** **D**ominus vobiscum. **R.** **E**t cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiternus Deus, qui sanguine Filii tui placari, & nos redimi voluisti : concede nobis, quæsumus, salutis nostræ pretium ita recollere, ut & nunc veniam, & in æternum gloriam consequi valeamus. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum.

120 **Festum SS. Sanguinis**

Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. **R.** Amen.

V. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **V.** Benedicamus Domino. **R.** Deo gratias.

V. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

R. Amen.

In secundis Vesperis omnia dicuntur ut supra in primis Vesperis, exceptis iis, quæ sequuntur. **V.** Christus lavit nos à peccatis nostris. **R.** In sanguine suo.

Ad Magnificat, Antiphona.

Accessistis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis Jerusalem cælestem, & testamenti novi meditatorem Jesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel.

Oratio. Omnipotens, &c. ut supra. 19.

Si

Domini nostri Jesu Christi. 121

Si hoc Festum incidat in diem septimam, aut octavam mensis Julii, in secundis Vesperis fiet commemoratio sanctæ Elisabeth, Reginae Portugallie celebrandæ die sequenti.

Antiphona. Et nunc Reges intelligite, erudimini qui judicatis terram.

V. Ora pro nobis beata Elisabeth. **R.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Orémus.

Clementissime Deus, qui beatam Elisabeth Reginam, inter cæteras egregias dotes, bellici furoris sedandi prærogativa decorasti: da nobis ejus intercessione, post mortalis vitæ, quam suppliciter petimus, pacem, ad æterna gaudia pervenire. Per Dominum.

Si verò occurrat in die nona Julii, in secundis Vesperis fit commemoratio SS. Septem Frat. Martyrum,

F

rum,

122 Festum SS. Sanguinis
rum, occurrētium die sequēti.
Antiphona. Istōrum est enim reg-
num cælōrum, qui contempse-
runt vitam mundi, & pervenē-
runt ad præmia regni, & lavē-
runt stolas suas in sanguine agni.
ψ. Lætāmini in Dōmino, &
exultāte justi. R. El gloriāmini
omnes recti corde.

Orēmus.

PRæsta, quæsumus, omnipo-
tens Deus, ut qui gloriosos
Martyres fortes in sua confessiōe
cognōvimus, pios apud te in nos-
tra intercessiōe sentiāmus. Per
Dōminum.

Si autem occurrat in die déci-
ma Jūlii, tunc festam sanctōrum
Septem Fratr. Martyr. celebrā-
dum erit die sequēti; & in se-
cūdis Vesp. SS. Sanguinis Chris-
ti, fiet commemor. eōrum per An-
tiphon. ψ. & Oratiōnem, ut suprā.

Si incidat in diem undécimam

Jū-

Dōmini nostri Jesu Christi. 123
Jūlii, in secūdis Vesperis fit
comm. S. Joānn. Gualbért. Abb.
Antiphona. Similābo eum viro
sapienti, qui ædificāvit domum
suam supra petram.
ψ. Amāvit eum Dōminus, & or-
nāvit eum. R. Stulam glōriæ in-
duit eum.

Orēmus.

Intercēssio nos, quæsumus Dō-
mine, beāti Joānnis Abbátis
commēdet: ut quod nostris mé-
ritis non valēmus: ejus patrocini-
o assequāmur. Per Dōminum.

Si occurrat in die duodécima
Jūlii, in secūdis Vesp. fit comm.
seq. fest. S. Anacleti Pap. & márt.
Antiphona. Iste sanctus pro lege
Dei sui certāvit usque ad mor-
tem, & à verbis impiōrum non
timuit: fundātus enim erat supra
firmam petram.

ψ. Glória, & honore coronāsti
eum Dōmine. R. Et constituisti

F 2

ti

Festum SS. Sanguinis
ti eum super ópera mánuum
tuárum.

O rémus.
Deus, qui nos beáti Anacleí
martyris tui, atque Pontifi-
cis ánnua solemnitate lætificas:
concède propitijs, ut, cujus na-
talitia cólimus, de ejúsdem etiám
protectióne gaudeámus. Per Dó-
minum.

*Si dénique occurrat in die de-
cimatertia Júlíi, in secúndis Vés-
peris fit commemor. seq. fest.*
S. Bonaventúr. Ep. conf. & doct.
Antiph. O Doctór óptime, Ecclé-
siæ sanctæ lumen, beate Bonaven-
túra, divinæ legis amátor, deprecá-
re pro nobis Filiúm Dei. **ψ.** Amá-
vit eum Dóminus, & ornávit eum.
R. Stolum glóriæ induit eum.

O rémus.
Deus, qui pópulo tuo atérnæ
salútis beatum Bonaventú-
ram ministrum tribuísti: præsta
quæ-

Dómini nostri Jesu Christi. 124
quæsumus, ut quem Doctórem
vitæ habuimus in terris, interces-
sórem habére mereámur in cælis.
Per Dóminum.

MISSA.

Introitus.

Justificávit nos Deus gratis per
grátiam suam, per redemptiõ-
nem, quæ est in Christo Jesu,
quem propósuit propitiátorem per
fidem in sânguine ipsius.

Psalm. Misericórdias Dómini in
atérnum cantábo: in generatiõ-
nem, & generatiõnem annuntiá-
bo veritátem tuam in ore meo.

ψ. Glória Patri. **Oratio.**

Omnipotens sempitérne Deus,
qui Sânguine Filii tui pla-
cári, & nos redimi voluísti: con-
cède nobis, quæsumus, salútis
nostræ pretium ita recólere, ut
& nunc véniam, & in atérnum
glóriam cósequi valeámus. Per
eúmdem Dóminum nostrum.

F 3

L éc-

Festum SS. Sanguinis

Lectio Epistolæ B. Pauli Apóstoli
ad Hebræos.

Fratres : Christus assistens
Póntifex futurórum bonó-
rum , per amplius , & perfectius
tabernaculum non manufactum,
id est , non hujus creatiõnis ; ne-
que per sanguinem hircórum , aut
vitulórum , sed per próprium san-
guinem introiit semel in San-
cta , ætérna redemptiõne invénta.
Si enim sanguis hircórum , & tau-
rórum , & cinis vitulæ aspérsus
inquinátos sanctificat ad emunda-
tiõnem carnis ; quantò magis san-
guis Christi , qui per Spíritum
Sanctum semetípsum obtulit im-
maculátum Deo , emundábit con-
sciéntiam nostram ab opéribus
mórtuis , ad serviéndum Deo vi-
vén-ti ? Et ideo novi testaménti
mediátor est ; ut morte interce-
dén-te , in redemptiõnem eárum
prævaricatiõnum , quæ erant sub
prió-

Dómini nostri Jesu Christi. 125
prióri Testaménto , repromissio-
nem accipiant , qui vocati sunt
ætérnæ hæreditátis ; in Christo
Jesu Dómino nostro.

Graduale. Gratificávit nos Deus
in dilécto Filio suo , in quo habé-
mus redemptiõnem per sangui-
nem ejus. **V.** Remissiónem pec-
catórum secúndum divítias grá-
tiæ ejus , quæ superabundávit in
nobis. **Allelúia** , allelúia. **V.** Nunc
in Christo Jesu vos , qui aliquán-
do erátis longè , facti estis propè
in sanguine Christi. **Allelúia**.

Sequentia Sancti Evangélii
secúndum Joánnem.

In illo tempore : Sciens Jesus,
quia omnia consummáta sunt,
ut consummarétur scriptúra , di-
xit : Sitio. Vas ergo erat pósitum
acéto plenum. Illi autem spóngiam
plenam acéto , hyssópo circumpo-
nén-tes , obtulérunt ori ejus. Cúm
ergo accepisset Jesus acétum , di-
xit:

Festum SS. Sanguinis

xit: Consummátum est. Et inclináto cápíte, tradidit spiritum. Judæi ergo (quóniam Parascève erat) ut non remanérēt in Cruce córpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, & tolleréntur. Venérunt ergo milites: & primi quidem fregérunt crura, & altérius, qui crucifixus est eum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura: sed unus militum lancea latus ejus apéruit, & continuò exiit sanguis, & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium ejus. Credo.

Offertórium. Christus semel oblátus est ad multórum exhauriéndá peccáta; secúndo sine peccáto apparébit ómnibus expectántibus se, in salútem.

Se-

Dómini nostri Jesu Christi. 126

Secrèta.

HÆc oblátio, quæsumus, Dómine, ab ómnibus nos purget offénsis, quæ in ara Crucis immolata, étiam totius mundi tulit offénsam. Per Dóminum.


Præf. de Cruc. Qui salútem.

Commúnio. Calix benedictiónis, cui benediximus, nonnè communicatio sanguinis Christi est? Omnes quidem de uno pane, & de uno Calice participamus.

Postcommunio.

Auxiliétur nobis, quæsumus, Dómine, cæléste mysterium: ut quos oblati sanguinis tui sacrificio misericórditer redemisti, tanti étiam doni participes gaudiis facias pérfrui sempitérnis. Qui vivis, & regnas.

OF-



UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

®

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in sac

L



BIBLIOTECA DE NUEVA
BIBLIOTECA